

## **ADDENDA**

**«SOBRE ALGUNS CONFLICTES SOCIALS A TARRAGONA I  
COMARQUES PROPERES DURANT ELS PRIMERS ANYS DE  
LA DÈCADA DEL 1280, A TRAVÉS DE LA DOCUMENTACIÓ  
CONSERVADA A LA CANCELLERIA REIAL»**

**M. LLUÏSA RAMOS**

Per un error involuntari es va ometre l'Apèndix Documental de l'article esmentat més amunt, publicat als Quaderns d'Història Tarragonense XII, 1993, pàg. 67. Per aquesta raó s'insereix ara en aquest número de la mateixa Revista per tal de reparar l'esmentat error i, alhora, completar les referències que l'autora fa a aquests documents.

## APÈNDIX DOCUMENTAL

### I

1280, juny, 24.

A.C.A., Canc. Reg. núm. 48, foli 56r/v.

Petrus Dei gratia rex Aragonum. Venerabili et dilecto Bernardo per eandem archiepiscopo tarrachonensi salutem et dilectionem. Be sabets com nos tenim assetjats lo comte de Foix els altres enemies nostres en Balaguer e avem oyt que alcuns comtes e cavallers e servents d'altres terres venen en nostra terra en ayuda d'aquells contra nos. Hon com en l'usatye de Barcelona sia contengut si el princep per negun cas assetjat sera ho el mateix sos enemies assetjats tendra o oyra algu rei o princep contra si venir a combatre a sa terra a socorrer a el, amonestara aixi per letres com per missatyes o per costums per les quals terra sol esser acostumada, ço es a saber per foc o per alimares tots los homens aixi cavallers com peons qui hajen edat o poder de combatre aitantost com aixo oiran o veuran com pus tost puschen a ell socoren, e si negun fallira a ell d'ayuda que en aço a ell fer pora, perdre deu per tots temps totes coses que ell ha e qui per ell honor tenrra esment a ell lo falliment e la desonor que a ell haura feit amb sagrament e ab haver juran amb propies mans per ço cor negu no deu fallir al princep a tan gran obra o a tan gran necessitat. Dyem vos e requerim vos que segons la forma en l'usatye contenguda e segons la temor del dit usatye, vistes les presents, trametats a nos en ajuda de nos e de nostra terra

a tots vostres homens e tot vostre poder. // Datum in obsidione Balagarii VIII kal. julii, anno Domini MCCLXXX. P. Marches.

## II

1280, juliol, 16.

A.C.A., Canc. Reg. núm. 48, foli 97v.

Nos Petrus etc. Confitemur et recognoscimus quod cum nos essemus apud civitatem Ilerdem personaliter constituti venerabilis Bernardus terrachonensis archiepiscopus proposuit coram nobis quod homines civitatis et Campi Tarrachone propria temeritate ducti fecerunt conjuraciones emprenimenta collectas seu tallias et quedam alia in non modicum prejudicium et contemptum et magnam lesionem et diminucionem jurisdictionis et dominacionis eiusdem archiepiscopi et terrachonensis ecclesie atque nostri. Unde nos cum instantia requisivit ut super huiusmodi excessibus corrigendis vice sua et nostra ad predictam civitatem accedere personaliter deberemus. Nos itaque attentes quod ipsum et dictam terrachonensem ecclesiam et iura ipsorum tenemur ut propria defendere et tueri prefati archiepiscopi condescendentes voluntati ad ipsius instanciam et requisicionem ad predictam accedimus civitatem supradictos excessus iuxta excedencium demerita et negocii qualitate et circunstancias pro iure suo et nostro corrigere intendententes ut illi qualiter deliquerint cognoscant et alii a similibus imposterum arceantur.  
// Datum Ilerde XVII kal. augustii.

## III

1282, juny, 7.

A.C.A., Canc. Reg. núm. 59, foli 4r.

Guillermo de Turribus vicario Terrachone fuit missa litera per dominum infantum. Intelleximus per Bernardum de Bolea portarium domini regis quod en Ciurana, habitator Terrachone abstulit violenter eidem Bernardo pignera que fecerat de mandato nostro in Terrachone et etiam vulneravit quendam hominem suum. Unde (si) veritas sic se habet mandamus vobis quatenus visis presentibus capiatis eundem procedendum contra eum prout de iure fuerit procedendum et eum captum detineatis donec a nobis mandatum alium receperitis eo. // Datum ut supra idem. (Apud Portum fangosum VII idus junii)

IV

1282, agost, 21.

A.C.A., Canc. Reg. núm. 59, foli 70r.

Hominibus de Silva. Cum aliqui homines de Silva temeritate inducti fregerint seu invaserint castrum domini regis patris nostri Tarra-chone extrahendo inde pignora que Bernardus de Bolea portarius dicti domini regis fecit seu habuit a vobis ratione subsidiæ quod domino rege facere tenebamini ratione presentis armate quod factum fuisse intendimus in maximum vituperium et diminucionem domini regis patris nostri et nostrum requirimus vos ac monemus quatenus tradatis seu tradi faciatis dicto Bernardo de Bolea captos omnes homines qui interfecerunt fraccioni seu invasioni dicti castri. Similiter faciatis tornari in ipso castro omnia pignora que per ipsos inde extracta fuerint alias sciat is quod nos mandamus procedi contra vos et locum predictum de Silva ac compelli pro predictis fortiter et districte. // Datum Osce XII kal. septembbris.

Similis fuit missa Guillermo de Bagnariis perposito Terrachone.

V

1283, gener, 27.

A.C.A., Canc. Reg. núm. 60 foli 16r.

Dilecto suo Simoni de Gerundella vicario Tarrachone. Cum intellexerimus quod homines Montis Albi plura dampna et maleficia intulerint monasterio populeti mandamus vobis quatenus procedatis contra ipsos homines et bona eorum ratione huiusmodi prout fuerit faciendum. Non obstante quod dicti homines Montis Albi monstrant privilegium quod vicario non possit procedere contra eos ratione aliquorum maleficiorum cum illud intelligatur de maleficiis comissis in villa Montis Albi seu infra termino eiusdem et dictum maleficium quod dicto monasterio intulerunt extra terminum ipsius loci per eosdem extiterit perpetratum. // Datum Barchinone VI kal. februarii. Consilium.

## VI

1283, gener, 27.

A.C.A., Canc. Reg. núm. 60, foli 16r.

Fidelibus suis castlanis curie et baiulo Montis Albi. Cum nos mandaverimus per literas nostras dilecto nostro Simoni de Gerundella vicario Tarrachone quod cum homines Montis Albi plura dampna et maleficia intulerint monasterio populeti procedat contra eos pro ut fuerit faciendum non obstante privilegio quod ipsi homines habent quod vicarius non possit procedere contra eos ratione maleficiarum que commisserint cum illud intelligatur de maleficiis comissis in villa Montis Albi seu infra termino eiusdem mandamus vobis quatenus dictum Simonem de Gerundella non impediatis in aliquo super predictis immo detis eidem super eis consilium et juvamen cum ab ipso inde fueritis requisiti. // Datum Barchinone VI kal. februarii. Consilium.

## VII

1283, gener, 27.

A.C.A., Canc. Reg. núm. 60, foli 16r.

Venerabili et dilecto abbati populeti. Cum nos mandaverimus dilecto nostro Simoni de Gerundella vicario Terrachone quod procedat contra homines Montis Albi et bona eorum prout faciendum fuerit ratione injuriarum et dampnorum vobis et monasterio vestro per eosdem illatorum rogamus et dicimus vobis quatenus illos qui sunt vobis submissi faciatis super predictis in posse dicti Simonis de Gerundella vel eiusdem substituti perhibere testimonium veritati. // Datum Barchinone VI kal. septembres. Consilium<sup>1</sup>

1. Segurament es tracta d'un error de l'escrivà el fet d'haver datat aquest document a sis calendes de setembre i no de febrer com els altres dos documents.